UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Glossa Ordinaria super Decretal. Grego. ix. tit. de haereticis, continens capitula sexdecim, vt supra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Visual Library

GLOSSA BERNARDI ORDINARIA

SVPER DECRETALIBVS

Titulo de Hæreticis, de volumine maiori.

Cap. I. Dubius. ſup. fol. 80.

† Videatur cõmentarius ſuper c. Dubius.

DVBIVS.) *De fide enim† nullus debet dubitare, ſed firmiter credere articulos fidei ſup. de ſum. Tri. c. 1. in prin. aliter ſaluus eſſe non poterit, vt in Symb. Quicũq; vult. & 24. di. quãdo Epiſcopus. et 23. q. 1. apertè. nullus enim titubare debet in fide, vt ibi dicitur.*

† Hoc declarat Petrus Godofredus in lib. 2. C. de hæret.

In fide.) *etiã in tenui,† ar. C. de hæret. l. 2. in fi. ſic in leui offenſa reuocatur libertus in ſeruitutẽ. C. de lib. & eorum lib. ſi manumiſſus. et hoc quo ad articulos fidei, qui cõtinẽtur in ſymbolo, credo in Deũ: quibus per fidem ſola adhibenda eſt credulitas: quia* B *fides eſt de re non viſa. de pœnit. diſtin. 4. in domo. C. de ſum. Tri. l. vlt. nõ p ſigna, ſed per fidẽ veritas eſt colẽda. de conſe. diſtin. 4. venit ſacerdos. Lauren.*

Credendum eſt.) *Ergo dubius in fide, teſtis eſſe non poteſt, 23. q. 4. ipſa pietas.*

Cap. II. qui alios. ſup. fol. 87.

QVi alios,)

Non reuocat.) *cum poteſt. ff. ad leg. Aquil. ſcientiam. 83. diſtinct. errror. & arg. ſupra tit. pro xi. & ſi Iudæos. & 2. q. 7. negligere. Sed nunquid iſtud pertinet ad omnes? reſpondeo de crimine iam* C *commiſſo ſoli prelati tenentur corripere.† 23. q. 4. duo iſta. & c. ita plane. a peccato autem committendo qui libet tenetur aliũ corripere occultè. infra eod. cum ex iniuncto. vbi de hoc. & argum. 23. q. 4. ipſa pietas. 22. q. 5. hoc videtur. & 93. diſtinct. diaconi. & ſupra de cog. ſpiritua. tua. & 2. q. 7. quapropter. ſed iſtæ duę vltimæ concordantiæ intelliguntur in denuntiatione. Tanc.*

† Sãctus Thomas 2. 2. q. 33 art. 3. & ſeq.

Cap. III. Firmiſſime. ſuper. fol. 89.

FIrmiſſime.) *Duæ ſunt partes. Secunda ibi omni homini.. Abb. Siculus.*

† Eymericus infra hac pa. q. 31. & Turrecremeta in Sũma de Eccle. lib. 4. pa. 2. c. 12.

Hæreticum.) *Hæreticus multis† modis dicitur. Ille dicitur hæreticus, qui peruertit ſacramenta Eccleſiæ, vt ſimoniacus. 1. q. 1. eos qui per pecuniam.* D *& 6. q. 1. c. nos ſequentes. §. ſed licet. Item ille qui ſcindit ſe ab vnitate Eccleſiæ. 7. q. 1. denique. Item omnis excommunicatus. 4. q. 1. quod autem hi. Item qui errat in expoſitione ſacræ ſcripturæ. 24. q. 3. hæreſis. Item qui confingit nouam ſectam, vel confictam ſequitur. 24. q. 3. hæreticus. Item qui aliter ſentit de articulis fidei, quam Romana Eccleſia. 14. q. 1. hæc eſt fides, & c. quoniam. Vel qui male ſentiũt de ſacramentis Eccleſia. infra eod. ad abolendam. in princ. Tanc.*

Mors.) *Vnde Apoſtolus: Et ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habue*A *re, nihil mihi prodeſt. de pœni. diſt. 3. circa. fi. cap. ſi quis et de conſ. diſt. 4. ſolet. & 1. q. 1. vide quantum bonum. Bernardus.*

Ad ſalutem.) *Aeternam ſcilicet, valent† tamẽ ad bona temporalia promerenda. arg. 22. q. 2. ſi quelibet. in fi. & ad mitius ſupplicium ſubeundum. de pœni. diſt. 4. ad finem. §. poſt etiam. Bernardus.*

Cap. IIII. Fraternitatis. ſup. fol. 89.

FRaternitatis.] *Scripta per hęreticos non habẽt fidem authenticam: Communis diuiſio. Secunda ibi, cum cæleſtius. Abbas.*

Cæleſtius atq; Pelagius.) *Iſti duo damnati erãt* B *in ſynodo Epheſina de hæreſi: dubitabat Patriarcha Antiochenus, an ſcripta eorum eſſent recipienda,† Et dicitur quod non: quia ex quo condemnatus eſt auctor, & ſcripta illius admitti non debent, vt 3. q. 4. nullus. et 16. diſtin. canones. quamuis aliqua vtilia ſint ibi. arg. ſupra de teſt. licet. arg. tamẽ q ratione etiam bonæ ſententiæ recipi poſſent. 1. q. 1. Dominus declarauit. 37. diſt. ſi quid veri. ſicut & notitia legis abrogatæ neceſſaria eſt. diſ. 7. Moyſes. & Papa etiam argumentatur ex lege Theodoſiana abrogata. ſupra de iud. nouit. Sed uerũ eſt, q ſcripta iſtorum non valent, etiam ſi alias bona ſint, nec ſunt recipienda. infra eo. excommunicamus. §. credẽtes, arg. ad hoc 96. diſt. bene quidem. tamen ratione* C *bonæ ſententiæ ſcripta Origenis approbata fuerunt. 16. q. 7. & hoc diximus qui damnatus fuit poſt mortem. 24. q. 2. ſanè profertur. & ſi approbarentur, ualerent: alias non, arg. ſupra de ſum. Trinit. c. 2. in fi. Item arg. quod deſtructo principali, deſtruitur acceſſorium, ſicut in c. prædicto, & hoc diximus.*

Cap. V. Si quis epiſcopus, ſup. fol. 49.

SI quis Epiſcopus.) *Sic ordina iſtam litteram: ſi quis epiſcopus inſtituerit hæreticos hæredes extraneos a conſaguinitate ſua, vel etiam ſi inſtituerit conſanguineos hæreticos hęredes, aut Paganos pertulerit† ſaltem poſt mortem, &c. & ſic repete illam dictionem, hæreticos. Et ita nullus debet inſtituere hæreticum, ſiue ſit conſanguineus, ſiue non: ut* D *hic patet, & infra c. proxi. Epiſcopus ergo inſtituat Eccleſiam, ex quo non habet conſanguineos catholicos. 12. q. 2. epiſcopus qui filios. & c. cognonimus. et in Authen. vt cũ de appel. cogn. §. dicimus. & §. ſi quis colla. 8. quia iſti hęretici iam non dicũtur filij vel cõſanguinei. vnde dicitur in lege: Si frater tuus, & amicus & vxor tua deprauare voluerint veritatem, ſit manus tua ſuper illos. 23. q. 8. legi. & vxor eſt expellẽda. 28. q. 1. vxor. in fi. Hoc intellige, niſi pęnituerint iſti conſanguinei: delicti enim ueniã pęnitentibus non negamus. C. eo. Manichæos. Ber.*

Paganos,) *Et ita idem iuris eſt in paganis, quod de hæreticis. & idem eſt de omnibus qui catholici*

non

non ſunt. infra cap.proxi.Ber.

Poſt mortem.] *Sic 24.q.2.ſanè ꝓfertur.& arg. C.eo.l.Manichæos. arg.contra quia crimina morte extinguuntur † 23.diſt.quorundam,24.q.2.c.1.et crimen cum pęna ſit extinctum.C.ſi reus vel accuſ. mor.fue.l.2.hoc tamen ſpeciale eſt in crimine hæreſis,in criminis deteſtationem,ut poſt mortem poſſit accuſari & excommunicari,& ne Eccleſia oret pro eo,quia non fuit accuſatus in vita. Bern.*

† Ioannes ... ſingu. 14.& pleni' ... Gomeſ. ... 3.var.re ... c.1.num. 9.& ſeq.

Cap. VI. In eos. ſup.fol.96.

IN eos.

Etiam conſanguinei.] *Dic ut ſupra,c.proxi.*

Nihil conferant.] *Nō diſtinguitur in morte uel in vita,ergo nec nos diſtinguamus : quia nihil capere poſſunt ex teſtamento.infra eo.excōmunicamus. §.credentes.cauſa pietatis forte poſſet eis dari,† ne perirent fame.86.diſt.paſce fame,qa adhuc poſſunt conuerti ad fidem,quia de nemine deſperandum eſt de pę.diſt.7.nemo.& 32.q.2.ancillam.& argum. etiam ad hoc 42.diſt.quieſcamus.& 11.q.3.quoniam multos.Bernardus.*

† De hoc ... gl.Archidiaconus,& Turrecrema ...,& alij in c. ... diſt.30.& 1 legibus ſep... artitis Hi... pan..,pa.1. ...24.leg.8.

De reliquis] *In hoc omnes pares ſunt.ar.16.q.1. prædicatur.in prin.& 24.q.2.ſanè profertur Ber.*

Cap.VII. Cum Chriſtus.ſup.fol.96.

CVm Chriſtus.]

Sub anathemate.] *Quicunque ergo contrariū dixerit,eſt excōmunicatus,quia hoc dicere hæreticū eſt:& hæretici omnes ſunt excōmunicati.infro eod. ad abolendam,& c.excommunicamus.et quod Chriſtus verus ſit homo,ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens,habes ſupra,de ſum.Tri.c.1.et eſt articulus fidei noſtræ. de quo habetur in prædicta conſtitutione & de alijs quos ſcire quilibet† Chriſtianus tenetur per fidem.& argu.ad hoc de conſe. diſt.4.aute xx.& c.baptizandos,& ca.prima.Ad illos articulos,de quibus tractatur in illa conſtitutione,firmiter credimus,omnes indiſtinctè tenētur tam clerici,quam laici,ſed clerici magis, qui legem perſcrutabiliter ſcire tenentur.38.diſt. omnes pſallentes.24.diſt.quando epiſcopus.Quilibet ergo tenetur credere, ſecūdum quod catholica tenet eccleſia, & hoc ſufficit in talibus articulis, dummodo nil in contrarium ſentiat. infra eod.ad abolendam.Ber.*

† S.Thomas 2.2.q.1.ar.5.& 6.& Eymeric.ſupra par. 2.q.7.& 12.

Cap. VIII. Sicut.ſup. fol.96.

SIcut.]

Leo.] *23.q.5.res omnes.*

Defenſores] *Simile infra eod. excōmunicamus. §.credentes.& 79.diſt.ſi quis Papa.*

Obtentu.] *Sic ergo ratione delicti perditur priuilegium infra c.prox.in fine.quia priuilegium non extēditur ad illicitum caſum,nec tuetur aliquem in malo.infra de ſent.excom.nulli.& omni priuilegio ceſſante,mali puniendi ſunt.C.vbi de cri. agi.opor. Authen.qua in prouincia.Ber.*

Per delictū priuilegium amittitur.

Oblatio.] *Quia conſtat eum deceſſiſſe in mortali peccato.23.q.5.placuit.& eſt ſimile inf.de vſur. quia in omnibus.*

A

Cap.IX,ad Abolendam. ſup.fol.97.

AD Abolendam.]

Obſeruat] *Simile 24.q.3.hæreſis.hoc ergo, quod Romana Eccleſia ſeruat, & mandat ab alijs obſeruari,generaliter eſt obſeruandum.11.diſt.quis neſciat. quicunque ergo male ſentit de ſacramentis Eccleſiæ,hæreticus eſt habendus: vt hic patet.*

Obſeruandū eſt quod Romana præcipit Eccleſia.

Sede Vacante.] *Habes hic arg. quod vacāte Eccleſia,iuriſdictio remanet penes capitulum.arg.65. diſt.c.ult.23.diſt.in nomine Domini.7.q.1.Pontifices.De hac materia plenè dictum eſt ſupra de maior.& obe.c.his quæ.& cum olim.*

B

Deprehenſus.] *Facti euidentia:† puta quia publice prædicat hæreſim.arg.ff.de ri.nupt.palam.§. vlt. vel legitima probatione, puta per teſtes : uel ex ſua confeſſione.*

† Eymericus 3.p.q.89.

Prærogatiua.] *Arg.quod clericus depoſitus nō habet priuilegium clericale:et hoc cōcedit Ala.arg. 54. di.ex antiquis.in ſi.quod non eſt verum,qa tenetur viuere clericaliter,quāuis ſit depoſitus, vnde ſi hoc faciat, adhuc gaudet priuilegio clericali.81. diſ.dictū.Et hoc dixit Hug.Si,vero incorrigibilis eſſet,tunc nō ſolū perderet priuilegium clericale:verū etiam ſeculari curiæ traderetur, ſupra de iudic.cum non ab homine. ſed in caſu iſto,perdit omne priuilegium,niſi reuertatur, vt ſequitur.*

C

Relinquatur] *Trib. † enim caſibus relinquitur aliquis curiæ ſæculari ſtatim poſt depoſitionem In crimine hęreſis,ut hic & infra eod.excommunicamus.Item in crimine falſi.infra,de cri.fal. ad falſariorum.Et in alio, cum propter calumniam,vel cōtumeliā,quam cōtulit epiſcopo ſuo,aliquis depoſitus eſt.11.q.1.ſi quis ſacerdotum,alias autem licet clericus ſit depoſitus,non traditur ſtatim curiæ ſeculari:imò adhuc tenetur viuere clericaliter;et Eccleſia eum tuebitur, & gaudet priuilegio clericali, vt dictum eſt in proxima notula.Si uerò ſit incorrigibilis,poſtea traditur,ſecundū quod dicitur ſupra de iudic.cum nō ab homine.Qualiter debeat tradi,† dicit infra de uerbor.ſignifi.nouimus.Qualiter puniri debeant hæretici,dicitur infra eod.excommunicamus.*

† Bernardin' Diaz in pra. crimi.Can.c. 106.& 130.& ſeq.

D

† Vide Eym. 3.p poſt. modum nonum ꝓceſſum terminādi,verſ. Conſiderandū. vbi dixi.

Sponte recurrere.] *Sed videtur,quod etiam cōpelli debeat ſeruare fidem.45.diſ.de Iudæis.poſtquā condemnatus eſt hæreticus non compellitur, ſed ſi vult ſponte redire,debet recipi abiurato errore.24. q.3.dixit Apoſtolus. & in perpetuum carcerē ad agendā pœnitentiam intrudi.infra eod.c.pen.Ber.*

Arbitrium epiſcopi.] *Argum.contra.1.q.7.ſi quis epiſcopus. illud olim obtinuit, vt in concilio tātum reciperetur, ſed hodie ſufficit quod hic dicit. Tancr.*

E

Laicus.] *Laici enim per Eccleſiam condemnādi ſunt de hæreſi:ſed iudex ſæcularis illos punire debet, nec traditur laicus curiæ ſæculari,ſed clericus ſolūmodo.infra de verb. ſigni.nouimus. quia laicus ſemper eſt de foro ſæculari : ſed in caſu iſto ſentētia debet ferri per Eccleſiam : executio fit ſolummodo per iudicem ſęcularē.Qualiter tales puniri debeant dicetur infra eod.excommunicamus.Ber.*

Audientia.] *Simile 22.diſt. in nomine domini. Sed ſi volunt redire,† nonne debent audiri & recipi,quia*

† Eymericus 3.p.queſt.98 99.& ſeq.

pi,quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pi,quia Eccleſia non claudit gremium uolentib.redire ad ipſam.C.de ſum.Tri.Inter claras,circa ſi. & delicti ueniā petentibus non negamus dicit Imperator.C.eod.tit.Manicheos,de pœnit.diſt.3.ad huc inſtant.Videtur,quod debeant recipi: quia Dominus non vult mortem peccatoris,&c. 26.q. 6.agnouimus.cum quatuor c.præced.ſed vt conuertatur: & in carcerē perpetuum detrudatur, infra eod.c. pen. ſed audientia denegatur quo ad bona,etiam ſi alias vellet ſe defendere: tamen littera iſta contradicit Tanc.Hodie ſeruādum eſt prout traditur infra eod. c.pen.§.ſi qui.Bernardus.

Iuramento.] Hoc idem dicitur infra eod.excommunicamus.§.moneantur. Ber.

Honore.] Quia hoc ipſo contra Eccleſiam eſſe uidentur: vnde dignitate debent priuari.24. q. 1.qui contra eccleſiæ pacem,& ſimile 22.quæſt.5.præceptum.Bernardus.

Ligandis.] Simile infra eodem, excommunicamus.§.moneantur.

Epiſcopali.] Propter delictum ſuum ſimile 25. q.2.ita nos.

† Concordat gloſ. in c. Sicut. ſupra eo. tit.

Delegatis.] Auctoritate generali huius decr.Simile ſupra,de offi.ordin.irrefragabili.§.cæterum.et ſic ratione delicti,perdunt priuilegium:†quia priuilegiū nō dat cauſam delinquendi.C.de priuileg.ſcho. l.2.lib.12.nec permittas nocentes aliquibus priuilegijs vti.vt in Authen.de man.prin.§.quod ſi delinquentes,coll.3.& ſupra c.prox.ſic et remiſſio peccati non dat licentiam delinquendi,1.q.7.exigunt.Cōſueuit hic allegari quod ratione delicti perditur priuilegium.quod non eſt verum:quia ſi aliqui exempti ſunt & delinquāt,nō perdunt priuilegium propter hoc,ſed puniri debent. Nec dicuntur proprie recidere in iuriſdictionem epiſcoporum: quia non cognoſcunt epiſcopi iure ordinario,ſed auctoritate ſibi delegata,vt hic patet,et ſupra de offi.ord.irrefragabili.& perinde eſt,ac ſi ipſe Papa cognoſceret,vel ſpecialiter alij delegaret, per abuſum enim vel per negligentiam perditur priuilegiū,infra de priuileg. accedentibus,& c.ſi de terra.& 11.q.3.priuilegiū. De hoc dicitur infra de priuil.ex tuarum.Ber.

An per delictum amittatur priuilegium.

Cap. X. Vergentis.ſup. fol.98.

VErgentis] Diuiditur,Nam primo præmittit deciſum exordium.ſecundo ponit ſtatutum de publicatione,quod probat per argumentum a maiori.Tertio ſoluit obſtaculum.Secunda ibi: in terris. Tertia ibi: nec.Abbas.

Papa ratione delicti poteſt delinquentes dignitate priuare.

Præcipimus.] Quod facere poteſt Papa ratione peccati ſupra de iudic.nouit.& poteſt eos dignitate priuare,vt ſup.c.prox.§.ſtatuimus.et propter alias iniquitates poteſt etiam Papa remouere eos a dignitate.15.q.6.alius. & imperium ipſe tranſtulit de loco ad locum:propterea,quia non defendebat Eccleſiam.ſupra de electione c.venerabilem.ut ibi notatur.& iudex ſæcularis poteſt excommunicari,ſi negligat facere iuſtitiam.23.q.5.adminiſtratores.& hic expreſſe dicitur.& ſupra c.proxi.§.pen. & infra de maled.cap.2.

† Vide ſupra in commētario ſuper c. Vergentis.

Miſereri.] De ſola.n.miſericordia,reſtituūtur bona.† vt hic dicitur;& etiā epiſcopatus: vt 23.q.4. ipſa pietas.ver.item ſi inquiunt. in ſi.& q.7.quod autem.& 2.q.7.conuenientibus.Ber.

Diſciplina.] ſupra de elect.cū in cunctis.82.diſt. plurimos,in ſi.& C.de emen.propin.l.vna.& arg. 50.diſt.vt conſtitueretur.Ber.

Confiſcentur.] Quod dicit hic,habes 6.q.1.ca. quæro.§.verum,&c.ſi quis cum militibus.& C.ad le.Iul.maieſta quiſquis.

Grauius.] 17.q.4.ſicut qui Eccleſiam.& 23.q. 5.ſi apud. & quod in religionem diuinam committitur,in omnium fertur iniuriam: & publicū crimē cōmittitur.C.eod.tit.Manicheos. vnde grauius eſt.

Exheredatio.] Hic expreſſe habes,quod bona hæreticorum confiſcantur: ſiue habeant filios, ſiue nō; nec catholicis filijs hæreticorum aliquid relinquendum eſt,† ut hic dicitur.Sed cōtra dicit.l.C.eod.tit. Manichæos.& l.cognouimus.et auth.idē eſt de Neſtorianis.vbi dicitur,qđ filij catholici propter hoc hæreditate paterna non priuantur: ſtatur enim hodie huic decre.in odium criminis; ſicut in crimine læſæ maieſtatis: vbi filij puniuntur quo ad bona,ut hic dicit.& 6.q.1.c.quæro.§. verum.&c.ſi quis cū militibus.multo fortius in iſto crimine, vt hic dicitur.& hoc eſt expreſſum in Cōſtitutione Friderici, hac edictali, quæ olim erat in quinta compilatione. eod.tit.& in alio caſu etiam filij de delicto parentū puniuntur temporaliter, vſque ad quartam generationem, ſecundum quod habes infra de pœnis.in quibuſdam.& in hac opinione fuerunt Io. & Lauren.

Canonicas.] 15.q.8.cum multæ.& 1.q.4.cum Eccleſia.§.item peccato Iſraelitarum. & ſupra de fil. presbite. per totum.

Cap. XI. Si aduerſus.ſup.fol.99.

SI aduerſus.] Primo ponit deciſum exordium. Secundo prohibitionem.Tertio pœnam.Secunda ibi,quia.Tertia ibi,quod ſi. Abbas Siculus.

Quod ſpecialiter.] Hoc ſumptū eſt ex illo canone 23.diſt.quamquā.ea enim,quę notabiliter ſiunt niſi ſpecialiter notentur, videntur neglecta.ff.de iniurijs item apud Labeonem.§.ait prætor.arg. ſupra de confir.uti.bonæ.& ſupra de don.c.2.

Scriniarijs.] ideſt tabellionibus.ſic 25.q.1.cap. dicenti.§.vniuerſa.

Auxilium.] Cum ſint excommunicati,infra eod. excommunicamus.1.§.credētes.et ſupra eod.ſicut. Sed uidetur ſaltē ſi conueniantur.quod non ſit auxiliū denegandum:† aut etiam iuſta ſententia. ſupra de except.cū inter.& in pluribus c.ibidem. Hoc poteſt habere locum infra annū: poſtquā uerò conſtiterit eos eſſe tales,anno elapſo inter hæreticos cōputātur,niſi infra annum ſe correxerint.infra eodem,excommunicamus 1.§.credentes.& ſicut hæretici puniuntur,infra,eo.c.penul.unde non admittuntur ad aliquam defenſionem: cum ipſorū bona debeant confiſcari,ſicut aliorum hæreticorum: immo licitè eis auferuntur ſua,ut 8.diſt.que iure.23.q.5.nō nos.et q.7.c.1.2.et 3.ſed melius eſt,ſi auctoritate iudicis hoc† fiat 23.q.3.ſex differētiæ ſunt.et C.de pig.l.3.

Infamiæ.] Et ita Papa poteſt infamiam irrogare quo ad forum ciuile, quia & tollere eam poteſt. argum.ſupra,qui filij ſint legitimi.per venerabilē.

Arg.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Arg. contra..1.q.3 cap. Euphemium. §. hinc colligitur. Bernardus.

Cap. XII. Cum ex iniuncto, ſup. fol. 100.

CVm ex] *Primo ponit triplicem reprehenſionẽ laicorum, quam ſecũdo proſequitur. Primo primam ibi deus. Secundo ſecundam: ibi, ſicut enim, Tertio tertiam: ibi, licet. Abbas.*

Occulta conuenticula.] *Sicut conſpiratores. 11. q. 1. conſpirationũ. 79. diſt. ſi quis Papa. Iſti enim conſpirant contra Deum: vnde fortius ſunt puniendi, quam ſi conſpirarent contra hominem, ſupra eod. vergentis, ad finem.*

Simplicitatem.] *& male. 38. diſt. ſedulo. Ber.*

Deus enim.] *Hic incipit improbare factũ iſtorũ.*

In lumine.] *Hæc eſt improbatio contra occulta conuenticula.*

Sicut enim.] *Hic improbat, quod aſſumebant officium prædicandi.*

Non omnes.] *Immo ſingula officia, ſingulis debent eſſe commiſſa. 89. diſtinct. ſingula.*

Alios.] *Sic infra c. prox. ſicut, & 16. q. 1. adÿcimus: quia nullus audet prædicare, niſi ſacerdos, † vt ibi dicitur: & infra eodem. excommunicamus, §. qa vero, vel niſi eſſet miſſus, vt ibi. & 23. q. 3. diſplicet. arg. ibi. miſſus eſt, vt qualia, &c.*

Leo primus ... Leo par. ... cap. 249.

Præcipuus.] *Et priuilegiatus, ſupra de ſtatu reg. quod Dei timorem.*

Rogate.] *21. diſtin. in nouo. Ergo quia iſti non erant miſſi, nec ſacerdotes, & prædicare nõ debeãt.*

Quod ſi forte.] *Hic opponit, quod poſſit ei opponi ab alio, ita ſtatim reſpondet.*

Non ſufficit.] *Bene dicit: quia & ſi martyres etiam aliqua mandant fieri, ſtatim non ſunt facienda; ſed ante eſt, vt ſciamus illos impetrare a Deo, quæ poſtulant. 50. diſt. ſi quis præpoſtera, & 42. diſtinct. quieſcamus. Ber.*

Miraculi.] *Nec iſtud ſtatim credendum eſt, quia quandoque miracula † fiunt per malos. 1. quæſtio. 1. teneamus.*

† Hæc non ... proprie miracula. Tho. 2. 2. q. 178. art. 2.

Virgam.] *De conſec. diſt. 2. re vera.*

Licet autem.] *Hic improbat, quod deludebant ſimplicitatem ſacerdotum. Ber.*

Labia ſacerdotis.] *43. diſt. ſit rector. et 11. q. 1. ſacerdotibus,*

Cuſtodiunt.] *Ideſt, cuſtodire debent.*

Exquirunt.] *Scilicet ſubditi a ſcolaſticis, 38. diſt. ſedulo. Bernardus.*

Lege.] *Moſaica.*

Nec quiſquam.] *reſpondet ad obiectionem, quã poſſent facere iſti hæretici.*

Aſina.] *Vt 2. qu. 7. ſecuti ſunt, & c. nos ſi. §. Itẽ cum Balaam.*

Quod quiſque tenetur.] *Ad hanc correctionem † quilibet tenetur, ſicut hic dicit, & hoc intellige de occulta correctione, ſiue reprehenſione, argu. 23. q. 5. non putes, vt hic dicit: Sed manifeſtè corripere pertinet ad prelatos, vel ad alios, qui habent aliquã poteſtatem in aliquos. 23. q. 4. duo iſta, & c forte, pater enim filium poteſt corripere, & prælatus ſubditũ, & occultè & manifeſtè, vnde Apoſtolus Argue, obſecra, increpa, ut 45. diſt. c. 1. & 8. q. 1. quod*

De materia ... gloſſæ ... hic, vide Thomam ... 33. ar. ... & ſeq.

A *autem, ſed filius non poteſt publicè reprehendere, ſiue corripere patrem, nec ſubditus prelatũ, vt hic ſequitur in littera, et 21. diſt. nolite, erubeſcit enim lex filios caſtigaturos parẽtes, in Authẽt. de nupt. §. ſed quod ſancitum eſt, coll. 4. verſus finem per nam coll. hec eſt canonica correctio, ſecundum Euãgelicam veritatem, vt occulta ad omnes, manifeſta ad prælatos, vel alios aliquam poteſtatem habentes pertineant, vt hic diſtinguit, & ſic poteſt intelligi. 2. q. 1. ſi peccauerit, & ad hoc. 22. q. 5. hoc videtur. Ad denuntiationem vero Euangelicam, quæ exigit admonitionem & probationem, ut 45. diſt. ſed illud ver. neque illud, & ſupra de teſti. in omni negotio* B *& 2. q. 1. ſi peccauerit: quæ ſit ad pænitentiam, videtur quod quilibet teneatur. argum. 2. q. 7. quapropter, ſupra de cogna. ſpi. tua. dummodo perſona ſit honeſta, & bonæ famæ: quia viles perſonæ non admittuntur ad denuntiationem, ſupra de ſponſa. cum in tua, vbi de hoc.*

Fatue.] *55. diſt. ſi Euangelica.*

Opponit.] *Vt 2. q. 7. nos ſi incompetenter.*

Præmiſſum Domini verbum.] *ſcilicet quis ex vobis arguet me de peccato?*

Inutilis.] *Si enim prælatus inutilis, aut negligẽs fuerit, remouendus eſt, ſupra, de offi. cuſto. c. 1. 81. diſt. dictum, & infra c. proxi. in fi. & 18. q. 2. ſi qs* C *Abbas, & C. de offi. præfec. præto. ori. ſi quos.*

Ordinate.] *Denuntiando vel accuſando, ſecundum quod traditur ſupra de accuſ. qualiter, & ſupra, de ſimo. licet, & eſt ar. iuris ordinem eſſe ſeruandum.*

Tam inſtitutio, quam deſtitutio.] *Ad quem ptinet inſtitutio, & deſtitutio, ſupra, de capel. mona. c. 1. & c. 2. & infra, de priuileg. cum & plantare, §. in eccleſiis, et examinatio pertinet ad eum, ad quẽ manus impoſitio ſpectat. ſupra, de elect, venerabilẽ & c. nihil, & cum nobis olim, inſtitutio autem ad epiſcopum pertinet. 16. q. 7. c. nullus Ber.*

D Cap. XIII. Excommunicamus, ſupra. fol. 89.

EXcommunicamus.] *Habet multa dicta, & poteſt ſummari ſecundum uarietatem dictorum per partes, quæ patent per §§. Abbas Siculus.*

Superius.] *Supra de ſumma Tri. c. 1. & 2.*

Damnati.] *Scilicet de hæreſi.*

Poteſtatibus.] *Sic infra de uerb. ſigni. nouimus, tamẽ ſi voluerint redire, in perpetuum carcerem detrudantur. infra eodem, excommunicamus.*

Relinquantur.] *Qualiter hoc intelligitur, dicitur ſupra eod. ad abolendum. Bernardus.*

Degradatis.] *Infra c. proxi. & c. penult.*

Cõfiſcentur.] *De hoc dictũ eſt ſup. eo. uergẽtis.*

E Stipendia.] *Si plura ſtipendia habuerint, inter eccleſias diuidantur pro rata, ſupra, de teſt. relatũ.*

Suſpicione.] *ideſt, præſumptione. Et nota quod ſola ſuſpicio ſiue præſumptio purgationem inducit, quod ſi non fiat, † punitur, ut hic patet, arg. ſupra de cohabi. cleri. & mulir. tua nos, & intellige, quod ſit probabilis preſumptio ſiue ſuſpicio: alias non indiceretur purgatio, & ſic non obſt. 2. q. 1. primo, & ita hic reſpicitur infamia.*

† al. quam ſi non faciat

Suſpicionis.[*Hoc ſemper eſt attendendum. ut*

ſecun

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

† Eymericus in 3. modo ꝓceſſũ fidei terminandi. Simancas de catho. inſtit. ti. 56. de purgatione canonica.

ſecundum qualitatem infamię et perſonę, indicatur purgatio † 2. q. 5. omnib. & infra de pur. can. inter.

Condemnentur.] *Videtur hic, quod aliquis ſit cõdemnandus de hæreſi, licet non videatur violẽta præſumptio cõtra ipſum. Arg. contra ſupra, de præſumpt. litteras, vbi dicit, quod licet ſit vehemẽs prę ſumptio, non uult Papa illum condemnare de tã graui crimine. Hæc violentiſſima eſt præſumptio, cum primo probabilis fuerit propter infamiam: & quia noluit ſe purgare, fuit excommunicatus, & quia per annum ſtetit in excommunicatione, pro conuicto habetur. 11. q. 3. rurſus, & c. quicunque, ſecus in alijs criminibus: quia ſi bona alicuius cõtumacis propter crimen annotata ſunt, ſi ipſe intra annũ non venit, bona deuoluntur ad fiſcum, ſed quo ad crimen non obeſt, quin poſt annum poſſit probare innocentiam ſuã. ff. de requir. reis. l. annus. Sed quid dicit hic, qđ ſtatim eſt condemnãdus, cum ſępius ſit admonendus vt redeat, 1. q. 7. conuenientibus? Reſpondeo non cõtradicit: quia licet ſit condemnandus, monẽdus eſt, vt redeat, vt 24. q. 1. quæ dignior. in fi. vbi dicitur quod poſt admonitionem eſt vitandus: hoc eſt verũ in hoc ꝙ non ſunt ei ſecreta noſtræ fidei exponẽda 43. diſt. c. in mandatis, vt impuguet nos, ut ibi, nec intelligas, quod ſi pro alio crimine ſeu contumacia ſteterit per annum in excommunicatione, quod habendus ſit hæreticus, ſed tãtum cum excommunicatur pro ſuſpicione hęreſis, infra de pęn. grauem.*

Iuramento firmare.] *Sic ſupra eod. ad abolendã, §. ſtatuimus, & non ſolum hoc iurare tenetur, ſed hoc iurare debet, quod ipſe idem catholicus ſit, in authent. iuſiurãd. quod præſt. ab his qui admini. accip. circa princ. colla. 2.*

Neglexerit.] *Iudex, qui negligit facere iuſtitiã, excommunicatur. 23. q. 5. adminiſtratores, & facit litem ſuam. ea. cauſa. 23. q. 2. dominus, et 3. q. 7. qui ſine, arg. & in authent. vt differ. iud. §. pen. & ulti. coll. 9. & 2. q. 7. ſicut.*

Abſolutos.] *infra eo. c. vlt. et ita Papa poteſt ꝓpter hæreſim deponere omnes tam laicos, quam clericos a dignitatibus ſuis. vt ſupra eod. ad abolendã, §. ſtatuimus, & ſupra eo. vergentis, vbi de hoc.*

† Fallit in hęreſi Alfonſus Caſtrus de iuſta hęret. punitione, lib. 2 c. 10. & ſeq. & Ioannes Rojas ſingulari 66 incipien. filii hęreticorum.

Saluo iure domini.] *Arg. quod propter delictũ vnius, alius puniri non debet: † quoniam pęna debet tenere ſuos auctores, ſupra de his, quæ fiũt a maio. par. c. quæſiuit, et C. de pęnis. l. ſancimus, & iniquũ eſt aliquem alterius odio prægrauari, C. d inoffic. teſta. l. ſi quis in ſuo. Arg. contra ſupra eod. vergẽtis.*

Accinxerint.] *Arg. quod auctoritate Eccleſiæ bellum fieri poteſt, 23. quæſt. 8. igitur, & c. hortatu. 15. q. 6. auctoritatem. 63. diſt. Adrianus, quod verum eſt contra inimicos fidei; & contra illos, qui Eccleſiam impugnant.*

† De his latè Eymericus infra p. 2. qu. 50. 51. & ſeq. & Archidiaconus in c. 2. de hęret. li. 6.

Receptatores & defenſores.] *ſine quibus † hæretici manere diu non poſſunt, arg. ff. de offi. præſi. congruit, ff. de recepta. l. 1. vnde merito iſti ſunt puniendi: imo grauius delinquunt, qui aliorum errores defendunt, & acrius puniri debent. 24. q. 3. qui aliorum, & ideo ſimili pœna cum hæreticis puniuntur. 11. q. 3. qui conſentit. & infra eod. cap. pen. in fi. & C. de his qui latro. occul. l. 1. etiam ſi eſſent conſanguinei, arg. 27. q. 1. de filia. & ſupra eod. ſi quis epiſcopus, vbi de hoc. Ber.*

A Sit etiam inteſtabilis.] *Iſti enim (vt hic patet) à quodlibet actu legitimo repelluntur, nec donare, nec vendere, nec contrahere poſſunt: prout hæc omnia traduntur, C. eod. Manichæos.*

Damnentur.] *Sic ſup. eod. fraternitatis, vbi de hoc ſimile ſupra de teſta. licet ſic etiã ſcriptura vel ſententia publicè excommunicari non valet, ſupra de re iudica. ad probandum, & ſupra de except. exceptionẽ, nec reſcriptum, ſupra de reſcrip. dilectus. 1. & hoc eſt, quod ſequitur: idem in ſimilibus præcipimus obſeruari: Tamẽ de reſcripto impetrato ab excommunicato ſecus eſt: quia reſcriptum nõ ſumit auctoritatem ab impetrante, ſed a concedente. De*
B *quo † dic, vt ſupra de excep. c. pia. in notula, ſed mirum libro 6. B.*

Grauior exerceatur.] *Vt 50. diſt. quia tua, hic habes argum. quod qui in maiori dignitare eſt, plus punitur, & ita circumſtantiæ aggrauant vindictã, arg. 32. q. 5. qui viderit, & 25. q. 1. nulli fas, et 40. diſt. homo Chriſtianus. Crimẽ enim augetur per dignitatem, ff. de re mil. omne delictum, §. 1. 19. diſt. nulli. Et qui magnus ſine cõparatione creatus fuit, ſine venia damnatus eſt, de pęniten. diſtin. 2. c. principium enim, & ſupra; de iureiuran. cum quidam. Ibi hoc ſoluitur. Ber.*

C Percellantur.] *Quia qui participat excommunicato ſcienter, & non ſe corrigit, excommunicandus eſt, infra de ſen. excommunicat. quod in dubijs. 11. q. 3. qui communicauerit.*

Apoſtolicæ ſpeciali.] *Hic reſeruat ſibi Papa abſolutionem ſiue reſtitutionem talium: ergo per hoc aliis prohibuiſſe videtur, ſimile ſupra de præben. de multa. in fi. & cap. graue. in fi. & ſi econuerſo, ex quo ſibi non reſeruat, alijs indulgere videtur, infra de ſentent. excom. nuper. & eſt ad hoc argument. ꝙ epiſcopi diſpenſare poſſunt vbi Papa non reſeruat ſibi diſpẽſationem. Quare ergo Papa ſibi ſpecialiter reſeruauit talem reſtitutionem, niſi ut alij prohiberet? Et licet epiſcopus ipſum reſtituere ad officiũ*
D *ſuum non poſſit, tamen reconciliare poteſt ipſum Eccleſię, ſupra eod. ad abolendam, §. 1. vbi de hoc.*

Quilibet regulares.] *Repete, non exhibeant eccleſiaſtica ſacramenta: alioquin, & c.*

Priuilegia.] *Prætextu priuilegiorum participare excommunicatis non poſſunt, infra de ſentent. excom. c. nulli. & in hoc caſu poſſunt ab epiſcopo loci, tanquam a delegato a Papa puniri, ſupra eod. ad abolendam, in fi. vbi de hoc.*

Niſi mittantur.] *ſup. eo. c. prox. vbi de hoc. Ala.*

Alia competenti.] *Prout viſum fuerit ſuperio-*
E *ri, ſupra de offic. delegati, de cauſis.*

Totam viciniam.] *Arg. quod vniuerſitas poteſt præſtare iuramentum calumniæ, ſimile 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo, ſic ſupra de accu. ſicut olim.*

Moribus.] *Hæc omnia ſuſpicionẽ inducunt. 41. diſt. quiſquis. 86. di. inferiorũ. 23. q. 8. ꝑterea. ff. ad l. Aquil. ſcientiã, ff. de his q not. infa. quid ergo. §. 1.*

Indicare.] *2. q. 7. quapropter, & argum. 22. q. 1. ſi quis per capillum.*

Purgauerint.] *Nota deficientem in purgatione puniendum, ſupra de ſimo. de hoc, & c. inſinuatum.*

Relapſi.] *Iſti magis puniendi † ſunt, deterior namque dolus eius cognoſcitur. qui interruptam*

iterum

A *iterum litem deſeruit, quam qui ſemel cœptam dereliquit. in Authen. de litig. §. edita in fi. coll. 8. Ber.*

Iurare.] *Per iuramentum debet quis purgare cõſcientiam ſuam de hæreſi. de conſecr. diſt. 2. ego Berengarius. & 1. q. 7. quoties. vnde ſi iurare nõ uult, pro condemnato debet haberi, ſicut de calumnia iurare non vult, actor cadit a cauſa, & reus pro cõdenato habetur. ſupra, de iura. cal. c. vlt. & C. eod. tit. cum et iudices. §. quod ſi actor. Et eſt ſimilis illi, qui neque defendit, neque exhibet, & condemnatur vt contumax. ff. de noxa. quoties. §. in poteſtate. Tenui enim religione iuramẽta ẽt neceſſaria cõtemnũt. ſu*

B *pra. de ſimo. & ſi q. & C. de fide inſtru. l. vlt. Ber.*

Indicijs.] *Not. quod per indicia probatur crimẽ. ſupra eod. c. prox. ibi, ꝙ ſi quis, &c. & 2. q. 8. ſciant et 23. q. 1. dixit dominus. & infra, de priuil. cum olim. 1. et C. dẽ rei vẽd. indicia. Itẽ habes hic, ꝙ propter negligentiã remouetur prælatus. ar. ſup. c. ꝑx. in fi. et 1. q. 1. c. ſi qui epiſcopi. §. ecce cũ honoris. B.*

Cap. XIIII. Sicut, ſup. fol. 103.

SIcut.]

C Sub ſpecie virtutum.] *ſupra eo. c. prox. §. quia vero 41. diſt. ſæpe vitia. quia prætextu pietatis, nõ eſt impietas committenda. 30. q. 2. noſſe. & ita nullus poteſt prædicare, niſi mittatur. vnde Dominus ait diſcipulis ſuis: Euntes prædicate Euangeliũ omni creaturæ. & iubẽte Domino in toto orbe diſperſi ſunt. 21. diſt. in nouo. vnde Eſaias: Ecce ego, mitte me. 8. q. 1. in ſcripturis. & 16. q. 1. §. hoc idem. ar. ff. de tut. & cura. vbi & l. prætor.*

D Alios Dominus Apoſtolos.] *Sic ſupra eod. cum ex iniuncto. Nec vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret. 89. diſt. ad hoc. laici † ergo cuiuſcunq; ordinis ſint vel meriti, prædicandi officium debent aſſumere. Ber.*

Cap. XV. Excomunicamus. ſup. fol. 103.

EXcommunicamus..] *Iſtud c. habet quatuor dicta. Secundum ibi damnati. Tertium ibi, ſi qui. Quartum ibi, credentes. Abbas Siculus.*

Conueniendi.] *Supra eo. excommunicamus, quia ad eundem finem tendunt, ſcilicet, deceptionis. Ber.*

Puniendi.] *Et hoc tantum habes ſupra eod. excõmunicamus. Sed qualiter iſti hæretici puniri debẽt ſecundum leges, poſtquam per Eccleſiam ſunt condemnati, vt hic dicit? Vltimo ſupplicio puniuntur per iudices ſeculares, cũ diſtinctione vt uidetur, vt docẽtes vltimo ſupplicio, addiſcentes verò decẽ libris auri, vt C. eod. tit. quicunq; ad fi. Sed cõtra. C. de male. & mathe. l. culpa. vbi dicitur, quod culpa ſimilis eſt tã prohibita diſcere, quã docere; non eſt contra: quia l. illa quicunq; intelligitur de illis, qui nondũ didicerunt, ſed cauſa addiſcendi ad hæreticos acceſſerũt: † ſi autẽ ad actũ perueniſſent, ſimili pœna punirentur, vt docẽtes, ſecundum legem illã. culpa. Ber.*

† Zanchinus tract. de hær. cap. 3.

Si qui autem.] *Ab hoc loco vſq; ad finem additum eſt. aliud totum habes ſupra eod. excommunicamus. & c. ad abolendam. §. 1. & 2. Ber.*

Deprehenſi.] *Publice, itaq; quod notoriũ, uel etiã condemnati. Si vero poſtea redire voluerint. recipiẽdi ſunt; quia Eccleſia non claudit gremium redeuntibus ad ipſam. C. de ſum. Tri. inter claras. circa fi. & delicti veniam pœnitentibus damus. C. eod. titu. Manicheos. ita tamen, vt in perpetuo carcere permaneant † vt hic patet. Sic et ſimoniaci in monaſterio ſub perenni pęna detrudãtur. 1. q. 1. recipiuntur, et ſup. de ſimo. quoniam. quia & ipſi hęretici cẽſentur. 1. q. 1. eos qui. & 6. q. 1. c. nos ſeq. §. ſed licet. Bern.*

† Et idem iudicium eſt de credentibus eorum erroribus habendum, ſicut de ipſis, vt hic in fine.

Cap. XVI. Abſolutos. ſup. fol. 103.

ABſolutos.] *Ipſo iure, ex quo manifeſtè lapſi ſunt. ſimile 15. q. 6. iuratos. et c. nos ſanctorũ. & eſt arg. quod Papa poteſt abſoluere laicũ a iuramento fidelitatis. arg. prædictorũ c. quia ad ipſũ ſpectat interꝑtatio iuramẽti. ſup. de elect. venerabilẽ.*

Atque pacto.] *Ergo † ſi ſub pęna aliquis tenetur eis aliquid ſoluere certa die, licet non ſoluat, nõ incidit in pęnam: & eodem modo ſi per iuramentum: ꝙ eſt verum: quia in illa obligatione & iuramẽto tacitè ſubintelligitur, ſi talis permanſerit, cui communicare liceat. 22. q. 2. ne quis arbitretur. ff. de ſolut. cum quis. 1. reſpon. ſupra, de iure iuran. quemadmodum. & ſup. eod. excõmunicamus, §. credentes. Ber.*

† De materia huius gloſſæ præter doctores hic, vide Alfonsũ Caſtrum li. 2. de iuſta hære. puni. c. 7. & doctores in c. 2. de hęret. li. 6.

GLOSSA HOSTIENSIS SVPER DECRETALIBVS Tit. de Hæreticis, de volumine maiori.

c. Dubius.

SVMMARIVM.

1 Qui firmiter non crediderit, ſaluus eſſe non poterit.

2 Hæreticus eſt, qui a quolibet fidei articulo deuiat.

3 Infideles teſtes eſſe non poſſunt.

DVBIVS.]

In fide.] 1. *in qua nemo debet dubitare, † ſed firmiter credere, & ſimpliciter confiteri, vt ſupra, de ſum. Tri. c. 1. reſpõ. 1. Alioquin ſaluus eſſe non poteſt, vt in ſymbolo Athanaſii. Quicunque vult. & 13. di. quando epiſcopus. quia nec in fide titubandum eſt. 24. q. 1. apertè.*

2 Infidel.s eſt.] *etiam ſi tenui argumento reperiatur a fide catholica deuiare, ideſt articulo quocũq; volueris, de his qui cõtinẽtur in ſymbolo Apoſtolorum, Credo in Deum. & de quib. not. ſupra de ſumma Trin. firmiter. §. hæc ſancta Trinitas. ſuper verbo,* impaſſibilis. *& ſuper verbo,* incarnatus, *quibus per fidem ſolam eſt firma credentia adhibenda: quia fides eſt de re non viſa. de pœnit. diſt. 4. in domo. C. de ſum. Tri. l. fi. Non tamẽ per ſigna, ſed ꝑ fidẽ veritas eſt colẽda. de cõſec. diſt. 6. venit ſacer*

dos